Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31306
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Presentatio ad Capellaniam S. Jacobi In Leutkirch. Anno d 36.

Rmo in Christo patri et dno, dno Joanni dei et aplice sedis gra Epo Constantien. Vel eius in spiritualibus vicario generali, fr pelagius permissione divina abbas monasterij divi Joannis baptiste In Stambs ordinis Cistercien In Brixinen diocesis, Quicquid honoris poterit et reverentie cum omnibus in dno devotis. Rme pater Ad capellaniam perpetuam altaris sancti Jacobi [Nicolai] maioris site In parrochiali nra ecclesia sancti Martini Epi In oppido leutkirch dicte vre diocesis per obitum quondam honorabilis dni Joannis honolt presbiteri, ultimi ipsius Capellani et possessoris ad presens vacantem. Cuius vacationis tpe. Jus quidem nominandi spectabat dinoscitur ad spectabiles viros magistrum civium et consulatum dicti oppidi leutkirch. Jus vero presentandi ad nos monasteriumque nostrum pleno iure spectare dinoscitur, Honorabilem et nobis sincere dilectum dnum Calixtum Sommer ats clericum per spectabiles magistrum civium et consulatum in Leutkirch nobis luculenter nominatum tanquam habilem et idoneum presentandum duximus et tenore presentium presentamus. Pro et eo ipso obnixe rogantes quatenus Rma p. v. eundem dnum Calixtum per nos sic presentatum ad prefatam Capellaniam Instituere, ac eius Investituram eidem gerere, et cetera alia que ad vram ordinariam auctoritatem pertinere noscuntur adhibere solemnitatibus debitis et consuetis dignetur. Nobis vero et nro monasterio Iuribus semper salvis. Datum sub appensione sigilli abbatialis. 18. die februarij Anno d XXXVI.